ſunt; hic diademata uariiſ gemmarum diſtincta
luminibuſ· ſapientiæ· intellectuſ· ſcientiæ· ueritatiſ·
conſilii· fortitudiniſ· to lerantiæ· temperantiæ·
iuſtitiæ· prudentiæ· patientiæ· caſtitatiſ; iſtæ in la
pidibuſ ſinguliſ· ſunt ſingulae expreſſæ ſcriptæq;
uirtuteſ; Hic [his] ſpiritalibuſ gemmiſ· coronaſ marty
rum· artifex ſaluator ornauit; Ad haſ gemmaſ·
animarum uela tendamuſ; Nihil in hiſ fragile· nihil
quod maiuſ minuat· nihil quod ſentiat detrimen
tum; Magiſ ac magiſ· in ſpecie floreſcunt; Aeter
nitatiſ inſignia edita eſſe· etiam ſanguiſ oſtendit·
qui ignem ſpiritus ſancti adhuc ſignat in ipſiſ corporib(us) re
liquiiſq; menbrorum; Gratulamur cariſſimi· quotienſ
uidemuſ tenebraſ luce diſcuſſaſ; Cur non effuſiuſ
in gaudia proruamuſ· cum cernamuſ ſalutarium ae
ternorumq; luminum iubar allatum; Dieſ mihi ui
detur· clarioriſ ſerenitatiſ ſumpſiſſe lętitiam; Nec
immerito; Septuplo enim ut dixi· martyreſ ſole ſunt
clarioreſ; Sed nunc nobiſ amantiſſimi orandum eſt·
non per orandum inquam· ut a nobiſ omniſ diaboli
impetuſ repellatur· qui clandeſtino lapſu noſtrum.

e-codices

Licenza: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 298 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/it/csg/0102/298)